



16

1.

2.

3.

4.

16

1.

2.

3.

4.

5.

1.



Conclusionum Theoretico-  
Practicarum

EXERCITATIO XLI. & ult.

Quam

1675, 2.  
Occasione Libri L. Digestor:

Annuate Divini Numinis Auxilio

Serenissimo ac Celsissimo Principe ac Domino,

DOMINO

GEORGIO FRIDERICO,

Duce Wirtembergiæ & Teccia,

Comite Montisbelgardi, Domino

in Heidenheim, &c.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PRÆSIDE

19  
DN. BURCKHARDO BARDILI,

U. J. D. & P. P. h. t. PRO-RECTORE,

Nutritio suo beneficentissimo, atque studiorum suorum Pro-  
motore singularissimo, per omnem ætatem observan-  
tissime colendo.

Ad diem 29 Octobr.

Loco & tempore solito

Publicè discutiendam exhibet

JOACHIMUS Fitter.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

Anno MDC LXXV.

VIRIS  
GENEROSIS, MAGNIFICIS, NO-  
BILISSIMIS, PER QUAM STRENUIS, AMPLISSI-  
MIS, PRUDENTISSIMIS DOMINIS,  
DOMINIS

DUM VIRIS  
CONSULIBUS  
GUBERNATORI MILITIÆ  
SECRETIORIBUS,

TOTIq; PERINCLITO SENATUI  
*Per-Illustris ac Libera S. R. I. Reipubl.*

ULMENSIS.

Domini suis Gratosius, Patronis  
atq; Promotoribus Optimis Maximis,

Humilimæ levidensium harum pagella-  
rum Inscriptionis tesserâ,

*Devotissimum animi sui cultum publicè ac so-  
lenniter contestari, ac se suaque servitia  
addictissimè mancipare adaudet*

Devotissimus Cliens

Obsequentissimusquè Servus

Joachimus Ziffer,



*Conclusionum Theoretico-Practicarum*

EXERCITATIO XLI. & Ult.

*Respondente*

JOACHIMO Ziffer /

CONCLUSIO I.

**N**Equè Roma hodiè, nequè Constantinopolis (b) nec Au-  
la Imperatoris, aut Camera Spirensis communis dicitur Pa-  
tria, ad hunc nimirum effectum, ut praesentes licet, ibidem con-  
veniri queant. (c)

- a) ex Francisce de Amaya *Comm. ad Tit. de Incol. num. 88. Dh.*  
Lauterb. *Dist. de Domicil. th. 7.*
- b) *Frantz. in Comm. ad Tit. de judic. num. 17. Greenw. de*  
*LL. abrog. ad l. 33. ff. ad Municip.*
- c) *O. Cam p. 2. t. 1. §. Es soll auch.*

II.

Domicilium nativitatis non ibi quis dicitur habere, ubi  
natus est, sed ubi Pater est legitimus Civis, aut Municeps (a) ma-  
ternæ autem originis ratio regulariter non habetur.

- a) *l. 1. §. 1. 2. l. 6. pr. §§. seqq. l. 22. ad Municip. l. 3. C.*  
*eod. Carpzov. p. 1. dec. 1.*
- b) *l. 19. de stat. hom. V. Anton. Faber. lib. 9. C. t. 30. d.*  
*24. Brunn. ad l. 1. ff. ad Munic. in f.*

III.

Errant, qui nullam domicilii nativitatis habendam rationem  
hodiè putant.

*arg. l. un. C. ubi pet. tut. l. 20. ff. ad Municip. Et eorum, que*  
*tradit Mæv. ad Jus Lubec. p. 1. t. 2. num. 20. Franzk. V. R.*  
*1. Resp. 16. num. 18. Gail. 2. O. 35. num. 7. Mæv. p. 3. d.*  
*71. p. 5. d. 164. 165. 166.*

X x 2

LIOR

## IV.

Uxor post nuptias contractas mariti domicilium consequitur (a) post sponsalia contracta haud æquè. (b)

a) *arg. l. 4. de Grim. expil. ber. l. 1. ff. de R. N. l. 65. ff. de jud. Carpz. Pr. tit. 3. a. 1. n. 53.*

b) *l. 32. ff. ad Munic. Carpz. Jur. Conf. l. 2. d. 131.*

## V.

Quando Maritus post nuptias contractas domum & bona uxoris intrat (Wann der Mann sich zum Weib einfreyet) ex propria magis persona, quàm ex persona uxoris domicilium constituisse dicitur.

*Hillig. ad Donell. lib. 17. Comm. c. 12. lit. L. Carpz tit. 3. a. 1. n. 19. Struv. Exerc. ad ff. 9. d. 28.*

## VI.

Studiosus licet per 10. aut plures annos studiorum causa in Academia commoratus fuerit, domicilium tamen ibidem contraxisse non censetur.

*arg. l. 2. C. de Incol. l. 17. §. 13. l. 27. §. 2 ff ad Munic. Franzk. lib. 1. B. 16. n. 23. Gilhaus. Arb. Jud. c. 1. p. 2. §. 2. n. 7.*

## VII.

Legati, Officiales Aulici, ob solam officii rationem aliquo in loco subsistentes, ibidem domicilium non habent.

*Carpz 6. Resp. 3. & Rebuff. ad Const. Gallia Tom. 3. t. de domicil. elect. Menoch. lib. 6. presumpt. c. 86. n. 28. 29.*

## VIII.

Qui tamen in aliquâ Civitate Jus Civitatis impetrat, & ibidem habitat, haud dubiè ibidem domicilium fixisse censetur.

*Hahn. ad Wes. Tit. de Judic. n. 16. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 434. n. 3. Carpz. 2. Resp. 21. n. 17.*

## IX.

Sed non è contrario is, qui focum & ignem alicubi habet (a) aut conduxit prædium in Civitate. (b)

a) *Franzk. 1. Resp. 16. n. 26. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 434. n. 26. Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 18.*

(b) *Brunn. ad l. 1. ff. ad Municip. p. n. 4.*

## X.

Domicilium quis non in uno duntaxat, verùm & in pluribus locis habere potest. l. 5.

l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ff. ad. Munic. Prukm. vol. 1. consil. 31.  
n. 65. Gödd. ad l. 203. d. V. S. Mæv. p. 4. dec. 256. n. 11.  
Brunn. ad l. 5. ff. ad Munic. n. 1.

XI.

Principum & Aularum officiales, nec non Academiarum  
Professores, quantumvis in aliquo loco domicilium habeant, In-  
ferioris tamen Magistratus Jurisdictioni non subsunt, nec illorum  
Statutis obligantur, sed habent specialem suum Judicem (a) unde  
illis mortuis successio non secundum Magistratus oppidani Statu-  
ta, sed vel secundum Statuta Magistratus sui privilegii, ut Acade-  
miarum, vel secundum Jura Provincialia aut Communia defertur.  
(b) Aliud obtinet in Magistratu loci, quem Statutis Civitatis obli-  
gari certum est. (b)

- a) Brunn. ad l. 1. ff. ad. Munic. Id. ad l. 17. eod. n. 4. Carpz.  
p. 3. c. 12. d. 16. Mæv. ad Jus Lubec. quest. prelim. 3. n. 33.
- b) Carpz. J. P. F. p. 3. c. 13. def. 16.
- c) Brunn. ad l. 1. ff. ad Munic. n. 3.

XII.

Qui in pluribus locis domicilium habet, in omnibus illis  
locis dicitur esse Incola (a) & ad munera atque onera subeun-  
da tenetur (b) ita ut in Actoris sit electione, in quo loco illum  
convenire velit. (c)

- a) l. 5. ff. ad Municip.
- b) Knippfch. de I. P. Civit. lib. 2. C. 9. n. 38.
- c) Carpz. P. Tit. 3. a. 1. n. 51. Tilemann. de Benign. Decis.  
Cameral. Syntagm. 4. decis. 1. Vol. 10.

XIII.

Incola Statutis & Consuetudinibus illius Civitatis, ubi vivit,  
obligatur (a) Jurisdictioni Magistratus Municipalis in illis,  
quæ ad illius potestatem & Jurisdictionem pertinent, subest (a) co-  
ram illo, tanquam Judice in prima Instantia forum sortitur. (c) idque  
non tantum in personilibus, sed etiam realibus actionibus (d)

- a) Carpz. J. P. F. p. 3. c. 12. def. 16. n. 1. Mæv. p. 3. d. 309 n. 14.
- b) l. 29. ff. ad Munic. Mæv. p. 3. d. 309 n. 3.
- c) d. l. 29 l. 19 § 2 ff. de Judic. l. 2 C. de Jurisd.
- d) l. f. C. ubi in rem act. l. 2. C. de Jurisd. Carpz. T. 3. a. 1. n.  
46. Vultej. ad l. 1. C. ubi in rem act. n. 7.

X x 3

Incola

## XIV.

Incola Civis propriè dictus non est, sed à Cive differt (a) nec, ut jus Civitatis petat, cogi potest, nisi Cōsuetudo loci aliud velit. (b) vel singulari concessione ad incolatum admissus fit. (c)

- a) Dn. Myler. in Add. ad Rūmmel. p. 2. *Disp.* 5. A. B. *thes.* 1. Mæv. *ad Jus Lubec.* l. 1. t. 2. a. 2. n. 9. p. 2. d. 160. n. 2.  
 b) veluti statuto Lubecensi. Mæv. *ad Jus Lub.* l. 1. t. 2. a. 2.  
 c) Mæv. p. 4. dec. 85.

## XV.

Incolæ Jus detractionis den Abschuß solvere tenentur.  
 Mæv. p. 2. dec. 160.

## XVI.

Qui domicilium in aliquo loco constituit, invito etiam territorii Domino potest domicilium transferre & emigrare (a) nisi Lege vel Cōsuetudine contrarium sit cautum. (b)

- a) Mæv. *ad Jus Lubec. lib.* 1. *Tit.* 2. *A.* 2. n. 63. Schepliz. *ad Const. March.* p. 4. *Tit.* 14. §. 2. 8. O. P. W. *Tit.* 2. §. 7.  
 b) Mæv. *ad Jus Lubec. lib.* 1. *Tit.* 2. *A.* 2. n. 70. Stamm. *de Servit. Personal. lib.* 3. c. 22. n. 11. Schepliz. *d. l. n.* 9. *A.* rum. *ad A. B. discours.* 6. *thes.* 12.

## XVII.

Pactum, quo Sponsus Sponsæ promittit, se domicilium in alium locum non translaturum, valet (a)

- a) Stamm. *de Servit. Person. lib.* 3. c. 12. Ponce *de matrim.* c. 20. n. 3. Gutierrez. *de matrim. lib.* 1. c. 23. n. 15. Carpz. *d.* 135. n. 5. *Dissent.* Mæv. *ad Jus Lubec. lib.* 5. *T.* 5. a. 20. n. 66. p. 6. d. 227. n. 3.

## XVIII.

Quod si tamen justa & nova emigrationis causa superveniat, non obstantè pacto maritus vel Sponsus impunè à priori domicilio recedere, & in alio loco novum constituere potest. (a) Si nulla subsit nova vel justa causa, obligatur quidem uxor domicilium mariti sequi, sic tamen, ut is uxori ad inter esse teneatur. (b)

- a) *arg. l.* 38. *pr. ff. de solut.* Basil. Ponce. *de matrim.* c. 20. n. 8. *in f.* Gutierrez. *de matr.* d. c. 27. n. 23. Carpz. *de c.* 135. n. 2.  
 b) *arg. l.* 13. *ff. de re jud.* Tuld. *in Cod. Tit. de Nupt.* n. 4.

Quam-



XIX.

Quamprimùm quis discesserit à loco prioris domicilii, animo & intentione illud deferendi, statim prius domicilium mutatum censetur, tametsi alibi aliud non habeat (a) nisi Consuetudo loci aliud velit (b) vel fraudulenta sit emigratio (b)

- a) l. 27. §. 2. ad Municip.
- b) De foro Würtemb. quid obtineat V. S. W. Lands Ordn. Tit. 2. §. So einer 7. Lindenp. *ibid.* n. 22. Add. Mæv. ad Jus Lubec. lib. 1. Tit. 2. A. 2. n. 75.
- c) arg. §. 4. de soc. l. 65. §. 5. profoc. Mæv. ad Jus Lub. l. 1. t. 2. n. 71. Grænew. ad l. 31. ff. ad Munic.

XX.

Creditores defuncti etiam ejusdem hæredem in illo loco, in quo defunctus domicilium habuit, tanquam in foro competenti convenire possunt (a) etiamsi heres ibidem ex se & sua persona forum non sortiatur (b) nec lis cum defuncto fuerit cœpta (c) sive heres ibidem sit præsens, s. absens (d) s. cum defuncto sit ejusdem, s. diversæ conditionis (e)

- a) arg. l. 35. profoc. l. 19. pr. de Judic. Petr. Barbos. *ibid.*
- b) d. l. 19. ubi Dd.
- c) d. l. 19. Petr. Barbos. d. l. 19. pr. n. 22.
- d) d. l. 19. FranzK. ad Tit. de Judic. n. 9. inf. Petr. Barbos. d. l. 19. n. 9. Anton. Faber. d. l.
- e) Umm. ad Process. Disp. 4. §. 1. n. 6. Petr. Barbos. d. l. 19. n. 89. Donell. lib. 17. Comm. c. 11.

XXI.

Decuriones eodem ordine quo recepti sunt, etiam sententias dicunt (a) melius tamen aliqui putant, si quoad vota in puncto Juris in Judicio colligenda novissimè recepti primò dicant vota (b)

- a) l. 1. §. 1. ff. de Alb. Scrib.
- b) Brunn. ad d. l. 1.

XXII.

Qui salgama (vulgo Serbiß) militi præbuerit, id à Civitate repetere non potest (a) nisi alter præ altero sit gravatus (b)

(2)

- a) *Mæv. p. 3. dec. 62.*  
 b) *Brunn. ad l. 3. §. 14. de Muner. & honor.*

XXIII.

Numerus 12. liberorum immunitatem præbet, non solum à muneribus personalibus (a) sed etiam patrimonialibus (b) nec inter masculos & fæminas. (c) extraordinaria & ordinaria munera, facienda distinctio. (d)

- a) *l. 24. C. de Decur. junct. l. 1. de leg. præstand. l. 8. ff. de Publ. in rem act.*  
 b) *dd. textt. Klock. de Contribut. cap. 13. sect. 3. n. 82. & seqq. Brunn. ad l. 6. ff. de Muner. & honor. n. 3. ubi hanc immunitatem à Serenissimo Electore Brandenburgico aliquoties datam testatur Florez, Diez. de Mena. q. 21. n. 258.*  
 c) *Klock. d. l. n. 91.*  
 d) *Klock. d. l. n. 109.*

XXIV.

Ad munus publicum subeundum omnes Cives cogi possunt, illis non solum remediis, quibus tutor compellitur (a) sed etiam aliis (b)

- a) *arg. §. ult. Inst. de satisd. tut. Brunn. ad l. 9. ff. de muner. & honor.*  
 b) *arg. eorum, quæ tradit Mæv. p. 4. d. 196.*

XXV.

Immunitas Consiliariis, Officialibus, aliisque Ministris publicis data, non trahitur ad eum casum, quando mercimonia tractare incipiunt (a) aut ad aliud vitæ genus se conferunt. (b)

- a) *arg. Ord. Cam. p. 1. t. 49. pr. Brunn. ad l. 6. ff. de vac. & excus. mun. n. 2. Mæv. p. 3. dec. 325.*  
 b) *Mæv. p. 3. d. 358. Brunn. ad l. 1. ff. de Jur. immun. n. 3.*

XXVI.

A Muneribus, quibus honor & dignitas conjuncta, nec ætas 70. annorum, nec numerus liberorum excusat. *l. 8. ff. de vac. & excus. muni. ibi Brunn. Joh. à Sande lib. 5. Tit. 10. defn. Frisc. 1.*

XXVII.

Immunitas data Collegio, Corpori aut Ordini, realis est & perpetua. *Mæv.*

Mæv. p. 2. d. 173. Cothmann. *Conf. Acad.* 17. Brunnem. ad l.  
1. ff. de Jur. Immun. n. 3.

XXVIII.

Qui respectu certæ artis immunitatem impetravit, si ad alias Mercaturas accedat, respectu harum immunis non est.

Mæv. p. 3. d. 310. Brunnem. ad l. 2. ff. de Jur. Immunit. n. 6.

XXIX.

Sumptus Legato dati, qui in stinere decessit, non sunt ab ejus heredibus repetendi.

arg. l. 38. ff. locat. l. 10. §. 1. de legat. Brunnem. cent. 4. d. 10.

Christin. Vol. 5. d. 54. num. 3.

XXX.

Legatus Jus revocandi domum non habet (a) quando in loco legationis contraxit (b) vel ultra tempus ibidem subsistit (c) vel si alios ibidem conveniat. (d)

a) l. 2. §. 3. & seqq. de Judic.

b) Brunnem. p. 5. d. 65.

c) l. 2. §. 4. ff. de Judic. ubi Brunnem.

d) d. l. 2. Barbos. *ibid.* num. 218. Brunnem. *ibid.* n. 6.

XXXI.

Civitati quando præstandum est juramentum, liberum est per quos præstare velit (a) ac proinde electio competit, quibus mandet, (b) nec Syndicus præcisè jurare tenetur, (c)

a) l. 14. ad Munic.

b) Mæv. p. 3. d. 54. num. 2. 3.

c) Mæv. d. l.

XXXII.

Sigillum Civitatis ut obliget Civitatem, primò constare debet, cujus sigillum sit, secundo à quo appositum, tertio, quo sine.

Ex Coler. de Process. Executiv. p. 3. cap. 1. num. 133. Mæv. p. 5. d. 385.

XXXIII.

Ob civitatis debitum, executive, adversus civitum bona agi non potest, (a) nisi ipsi cives consentiant (b) quod tamen ex Administratorum seu Curatorum Civitatis obligatione non colligitur (c) sed

Yy

(c) sed



(c) sed tunc, quandò singuli sua nomina Instrumento inferi patiuntur. (d)

a) *arg. l. 7. §. 1. ff. quod cuiusq. univers. nom. Hartm. Pistor. p. 1. q. 37. num. 6. Coler. d. P. E. p. 2. c. 3. n. 369. Mæv. p. 2. d. 312. num. 1. 2.*

b) *Mæv. d. dec. 312.*

c) *Mæv. d. l. num. 6.*

d) *Mæv. d. l. num. 3. Coler. de. P. E. p. 2. cap. 3. n. 372.*

## XXXIV.

Successores Magistratum sive Administratorum Civitatis ultrà, quàm ipsa Civitas obligata, non obligantur.

*arg. l. 27. ff. de R. C. & eorum, quæ tradit. Mæv. p. 3. d. 230.*

## XXXV.

Quando illi, penes quos est Regimen Civitatis contrahunt, obligatur civitas (a) modò nihil fiat contrarium aut LL. Civitatis, (b) aut fini Societatis, (c) aut rationabili menti coeuntium, atque potestatem dantium.

a) *l. 27. ff. de R. C. Mæv. p. 3. d. 229. Coler. de P. E. p. 2. c. 3. num. 361.*

b) *Mæv. p. 3. d. 229. num. 3.*

c) *Mæv. d. l. num. 5.*

## XXXVI.

Civitas, ut Status Provincialis, non obligatur Constatuum conclusis, nisi ad Comitìa, & eorum causã vocata.

*Mæv. p. 4. d. 201.*

## XXXVII.

Jus singulare civitatis, pertinet tantùm ad cives, non ad alios ejus subditos aut rusticos.

*Mæv. p. 2. d. 47.*

## XXXVIII.

Decretis Magistratum, quæ rempublicam gravant, vel magis in invidiam alicujus, quàm pro reipublicæ utilitate sunt condita, rectè contradicuntur.

*arg. l. 5. C. de censib. l. 4. ff. de Decret. ab Ord. fac. ubi Brun.*

*Mæv. p. 5. d. 172.*

## XXXIX.

Opus publicum, privato cuilibet suis sumptibus facere licet sine

fine auctoritate Principis (a) nisi fiat ad æmulationem alterius Civitatis, (b) vel materiam seditionis præbeat; (c) vel propè moenia esset exstruendam, (d)

- a) l. 3. ff. de Oper. publ. ubi Brunn.
- b) Mæv. ad Jus Lubec. lib. 3., T. 12. a. 7. n. 19. Brunn. ad d. l. 3.
- c) Brunn. ad d. l.
- d) Brunn. d. l.

XL.

Pecunia, quæ in novum opus legata, potiùs in tutelam eorum operum, quæ sunt, convertenda, quàm ad novum eroganda, quando satis operum Civitas habet, & non facilè ad reficienda opera pecunia reperitur.

- l. ult. ff. de oper. publ. ubi Brunn. Tholos. lib. 42. Syntagm. Tit. 33. n. 28.

XLI.

Quamvis libertas commerciorum sit ex Jure Gentium; (a) sunt tamen sub cura, directione & moderamine Magistratuum, qui ista per LL. ita formare possunt, quomodo incolis sunt utilia, exteris non noxia, (b)

- a) arg. l. 5. ff. de J. & J. ubi Brunn. Mæv. p. 2. d. 316. n. 2.
- b) Carpz. part. 1. dec. 4. Brunn. ad d. l. 5. Mæv. p. 2. d. 316. n. 4.

XLII.

Quando tamen Collegium, aliquod privilegium impetravit, ne alius vendere queat eas merces, non tamen prohibitum videtur, quo minùs sua manu factas res vendat.

- Brunn. ad d. l. 5. ff. de J. & J. n. 8. Mæv. p. 5. d. 256.

XLIII.

Pollicitari filius: sine consensu Patris non potest, quamvis peculium habeat profectitium, (a) nisi donandi facultatem expressè Pater concesserit (b)

- a) l. 2. §. 1. ff. de pollicit. junct. l. 7. pr. ff. de donat. l. 28. §. 2. ff. de pact.
- b) arg. l. 7. §. 2. ff. de donat.

XLIV.

Pollicitatio summam excedens 500. aureorum, æquè ac donatio simplex, insinuatione opus habet.

Y y 2

arg.

*arg. l. 13. §. 1. ff. de pollic. junct. l. 35. §. ult. C. de donat. C. J. A. §. 13. n. 2. de donat. Bicc. sect. 3. th. 52.*

XLV.

Judex qui vel ex Lege, (a) vel Statuto (b) sequi Jurisperitorum sententiam tenetur, malè judicans non obligatur (c)

- a) *P. S. D. art. f. Oldekop. Tit. 1. Obs. Crim. 7. n. 11.*  
 b) *Oldekop. d. l. Mæv. p. 2. d. 104.*  
 c) *Mæv. d. l. Oldek. d. l.*

XLVI.

Titius Proxenetæ rem magni valoris dedit, ut mutuo acciperet certam summam, eamque interim pignori daret, majorem is accepit, & quod reliquum est, in suum usum convertit, Quæritur: si Titius actione pignoratitia repetere velit rem oppignoratam, num integram summam solvere teneatur? Ita censent

*Brunn. ad l. 2. ff. de proxenet. Carpz. p. 2. d. 130. ubi præjud.*

XLVII.

Catastrum, sive libri Censuales, (Steuer- und Contributions-Bücher / Register) omnibus sunt edendi, quorum interest.

*Brunn. ad l. 4. pr. ff. de Censib. n. 7. Gail. de Arrest. cap. 9. n. 20. inf.*

XLVIII.

Unde, ut ex hujusmodi libro Censuali aliquis condemnari possit, utraque pars audiri, & ejus copia exhiberi debet.

*Mæv. p. 4. d. 179. Brunn. ad l. 4. pr. ff. de Censib.*

XLIX.

Generalis omnium Exemptionum abrogatio, non pertinet ad eas, quæ de Jure Communi competunt.

*Mæv. p. 8. decis. 457.*

L.

Circa hos, qui immunitatem à Collectis impetrarunt, multum interest, an ex privilegio, vel ex concessione solâ immunitatem impetraverint, an verò Jure Communi hanc habeant; Illic portio exemptorum alios non onerat, sed detrahenda Principi vel Ærario: Aliter se res habet quoad cæteros, ex Jure Communi tutos, quæ hoc efficit, ut alii id incommodum vel onus sustinere cogantur.

*Mæv. p. 8. dec. 455.*

F I N I S.


ULB Halle  
006 302 106

3




V317







atque  
em ma  
abeat  
onialis  
rum &  
. s. de  
jure ag  
de R.  
us, fi  
ncidat  
bertine  
denic  
alere  
rt à sep  
Divort  
imitt  
mitti  
ncari d  
ud que  
umtib  
I  
ea ma  
per be  
s. de  
est, 8  
a con  
confi  
acces  
. def.



Conclusionum Theoretico-  
Practicarum

EXERCITATIO XLI. & ult.  
*Quam*

1675, 2.

Occasione Libri L. Digestor:

Annunte Divini Numinis Auxilio  
*Serenissimo ac Celsissimo Principe ac Domino,*  
DOMINO

GEORGIO FRIDERICO,  
Duce Wirtembergiæ & Tecciaë,  
Comite Montisbelgardi, Domino  
in Heidenheim, &c.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
PRÆSIDE

DN. BURCKHARDO BARDILI,  
U. J. D. & P. P. h. t. PRO-RECTORE,

Nutritio suo beneficentissimo, atque studiorum suorum Pro-  
motore singularissimo, per omnem ætatem observan-  
tissime colendo.

*Ad diem 29 Octobr.*

Loco & tempore solito

*Publicè discutiendam exhibet*

JOACHIMUS Sitter.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO MDC LXXV.